

Bolko Dux Theschinensis recognoscit
 datas sibi esse mutuo a Vladislao
 Rege mille sexagenas latorum grosso-
 rum Pragensium Datum in Lelow
 feria sexta ante Dominicam Letare.
 Ex Originali.

Nos Bolko Dei gratia Dux Theschinensis
 et Dominus Glogouie Majoris et. Recogno-
 scimus tenore presentium quibus expedit uni-
 versis Nos Serenissimo Principi Domino
 Vladislao Regi Polonie et. Domino nostro gra-
 tioso in mille sexagemis latorum grossorum
 Pragensium numeri Polonialis sexaginta
 grossos in sexagenam quamlibet computando
 quas ab eo necessitate Nobis incumbente mu-
 tuo recepimus debitorie obligari quas quic-
 dem mille sexagenas predicto Domino Vla-
 dislao Regi Domino nostro gratuito exolve-
 re promittimus a die date presentium ad
 unius anni decursum in Verbo nostro Du-
 cali totaliter et ad plenum. Quod si quod ab-
 sit adimplere negleximus et tunc quodcumque
 competens et rationabile damnum ipse Do-
 minus Rex vel regnum ipsius perlexerit
 ipso facto in nos totaliter redundabit. Hanc
 quibus sigillum nostrum appensum est, te-
 stimonio literarum Datum in Lelow feria
 sexta ante Dominicam Letare. Anno
 Domini Mille simo quadringentesimo de-
 cimo Octavo.

Handwritten Latin text, likely a historical record or legal document. The text is written in a cursive script and is significantly faded, making it difficult to read. The content appears to be organized into several paragraphs or sections, possibly detailing land transactions or administrative matters. A faint blue mark, possibly a stamp or signature, is visible on the left side of the page.